torũ ſunt opiniones, ſed DEO ET PATRIAE natus, viuacioris ętatis tuę annos, magna cum ingenij dexteritate cũ ipſis Muſis & Gratijs in Helicone trãſegiſti) amoris tui erga me ſanctitatem, hac reciproci affectus religione, quam iam dudum Gratitudinis obſeruantia ſolenni aliquo indicio teſtatam flagitarat publicè tãquam in pietatis Baſilica commendare, & Patriæ vegetam tuam ſenectutem gratulari volui.

Faxit DEVS SOSPITATOR ET TVTELARIS noſter optimus, maximus, vt Eccleſia, ſingulaque eius membra, totum quinetiam humanũ genus, atrociſſimi hoſtis Stratagemata, ſpiritus Sancti auſpicio vana & irrita deprehendat, ſibiq; prudenter caueat, & debita cum charitate & ſanctitate ineffabili Trinunitati toto pectore ſeruiat, & verâ fide ꝑ CHRISTVM DOMINVM ad ſempiternam beatitatem inoffenſo curſu tendat, vbi glorioſiſſimam illam Maieſtatem, cuius nutu omnia in cælo, terra, & mari gubernantur, cum omnibus Angelis, & electis in perpetuam ſeculorum ſeriem, contueri &

vene-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id367812665/22 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG